

hujusmodi quotidianæ distributiones, vel sunt ita tenues ut verisimiliter negligantur, juxta Trident. cap. III, sess. XXI et sess. XXII cap. III *de Reform.*

» XXV. Ab executione piarum dispositionum, tam in ultima voluntate quam inter vivos, dicta sess. XXII, cap. VIII.

» XXVI. A visitatione hospitalium et quorumcumque piorum locorum etiam exemptorum et a laicis administratorum, collegiorum, contraternitatum, elemosynarum, montium pietatis, et a cognitione et executione pertinentium ad Dei cultum et pauperum sustentationem, atque a ratione administrationis eorumdem locorum singulis annis episcopo reddenda; nisi aliter in ipsorum institutione et ordinatione expresse cautum fuerit, juxta cit. cap. VIII, sess. XXII et cap. XV, sess. VII, cap. IX, sess. XXII, et cap. VIII sess. XXV.

» XXVII. Ab examine, suspensione vel remotione quorumcumque notariorum, scribentium in causis ecclesiasticis, juxta cap. X, dict. sess. XXII.

» XXVIII. Ab erectione seminarii, et præfixione taxæ imponendæ dignitatibus, personatibus, officiis, præbendis, portionibus, abbatibus et prioratibus cujuscumque ordinis, etiam regularium, hospitalium (quæ dantur in titulum vel administrationem), beneficiis quibuscumque, tam regularium quam jurispatronatus, exemptorum et nullius diocesis, vel annexis aliis Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus aut quibusvis locis piis licet exemptis; ac tandem imponendæ redditibus pertinentibus ad fabricas Ecclesiarum, confraternitates et monasteria omnia (non tamen mendicantium) et decimis quacumque ratione spectantibus ad laicos et milites cujuscumque militie aut ordinis (excepto Hierosolymitano), nec ab unione aliquot beneficiorum simplicium: sicuti neque a decretis contra scholasterias obtinentes, quibus lectionis vel doctrinæ munus ad docendum, aut per se aut per alios, est annexum. Nec denique a quibuscumque provisionibus curam, directionem et administrationem seminarii respicientibus, juxta Trident. sess. XXIII *de Reform.* cap. XIII.

» XXIX. A reddenda ratione administrationis gestæ ab œonomo et vicario capitulari, tempore sedis episcopalis vacantis, juxta Trident. sess. XXIV *de Reform.* cap. XVI.

» XXX. A comminatione excommunicationis a jure late et a sententia suspensionis et interdicti, nisi appellatio fuerit interposita ex capite nullitatis, et e converso a sententia absolutionis ab iisdem censuris.

» XXXI. Ab executione quorumcumque aliorum decretorum locorum ordinariis a Trident. et constit. Pii IV, *Benedictus Deus*, demandata.

» XXXII. In prædictis omnibus causis permittitur simplex dumtaxat et extrajudicialis recursus ad S. Sedem et, juxta earum naturam, appellatio in solo devolutive ad quos de jure, sine retardatione legitimæ executionis decretorum super eisdem causis, nunquam autem admittenda nisi prius constituto de

legitima ejus interpositione, et in causis a jure permissis.

» XXXIII. Si denegatum fuerit instrumentum sententiæ a qua appellatur, appellans tenetur producere in actis ejus copiam simplicem, et in inhibitione exprimenda est conditio quatenus vero tenor insertus vere et in substantialibus cum originali concordet, eodemque originali præsentem litteræ sint in tempore posteriores, alioquin nullæ et irritæ censeantur sub infra scriptis pœnis respectu notariorum; ut seq. n. XXXV.

» XXXIV. Si appellatum fuerit a gravamine quod per definitivam reparari nequit, si hoc est de carceratione jam secuta cum mandato verbali, non admittitur appellatio nisi prius constituto de carceratione per depositionem duorum saltem testium; et interim appellans remanere debet in carcere donec aliter decisum fuerit. Si vero gravamen est de censuris jam prolatis vel de comminatione carcerationis, torture aut censurarum, observanda est dispositio decretorum Congr. Episcoporum sub Clemente VIII, juxta declarationes Benedicti XIII in append. ad conc. Roman. ad 12 et 13 decretor. Clementis VIII.

» XXXV. Ab hac generali regula denegandæ appellationis Pontifex excipit particulares casus in quibus per Trident. constitutiones apostolicas aut communem doctorum sententiam in suspensio admitti potest, serio tamen expendendis a iudice superiori an sint de exceptis; et tunc aliter non concedenda nisi adjecta hac clausula: Nos enim, attentis juribus et supplici libello nobis præsentatis atque in actis exhibitis, sicut præfertur, inhibendum esse speciali rescripto... sub pœna nullitatis, notariis vero infamie et perpetuæ inhabilitatis, ad officium notarii in causis ecclesiasticis exercendum ipso facto incurrendæ, si præsumperint citationes expedire sine tali speciali rescripto, ejus productione et insertione prædictæ clausulæ in actis; et insuper quoad notarios Urbis quinquaginta ducatorum auri de camerâ, huic pro una medietate, et pro parte recurrenti, sin minus locis piis, arbitrio Pontificis applicandorum.

» XXXVI. Item excipiuntur monitoria in causis privilegiatis coram auditore cameræ apostolicæ, ejusque locum tenentibus, etiam in prima instantia tractandis, juxta præscriptum constit. Pauli V, *Universi* et citatas declarationes Benedicti XIII. Quæ si expediuntur ultra montes, offerri prius debet supplex libellus universam facti speciem clare continens, et prævio ejusdem auditoris cameræ rescripto de ipsis expediendis, sub pœnis ut supra in notariis aliter expedientes.

» XXXVII. Denique in cit. const. *Ad militantis*, § 42, statuitur ut causas omnes tam civiles quam criminales ad forum ecclesiasticum pertinentes, exceptis privilegiatis et aliis de jure excipiendis, in prima instantia coram locorum ordinariis cognoscantur, nec a quoquam avocari possint, nisi per viam legitimæ appellationis.

ADNOTATIO XXIII:

Lib. II, Tit. XXVIII, § XII, n. 331, pag. 333.

DE RELATIONIBUS JUDICUM.

Cap. 68, *Intimasti*, hoc titulo, sic se habet: « Intimasti et infra. Præterea hospitaliaris ignorantibus, et non facta eis copia de inquisitionis processu, ad nos relationem transmisisse noscuntur (*subintellige* inquisitores); cum, juxta legitimas sanctiones, quoties relaturum se iudex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur. »

« Antequam, scribit Giraldus, ad hujus decretalis explanationem deveniatur, notandum est S. Raymundum, in hac Gregoriana collectione, ad instar Trebonii in Digestis aliquid intermiscendum putasse de relationibus, seu iudicum ad supremum principem consultationibus, quibus stantibus solebat appellatio anteveri, si ante sententiam dixisset iudex eundem principem esse consulendum quid facto opus esset, vel eludi si post sententiam, ut in L. penult. ff. *De Appellat. recipiend.* Cod. Theodos. *De Relationibus*.

» Harum quidem relationum usum in causis dubiis apud veteres frequentem, ut vitium brevitate inimicum sustulit, Justinianus Novell. CXXV. Jure tamen pontificio retentum fuisse constat tum ex hac decretali, tum ex cap. 5, *Licet*, *De officio legati*; can. 12, caus. 11, quæst. 1; can. 29, *Bidduum*, in fine, ead. causa, quæst. 6; can. 48, *Siquid*, ead. causa, quæst. 7; can. 3, *Denique*, causa VI, quæst. 3, et can. 1. *De libellis*, §. *Nam si tale*; dist. XX; cum ea tamen conditione ut antequam iudex mittat ad principem, consultationis exemplum et suæ opinionis apud acta litigantibus edat, et eorum refutationes seu refutatorias preces jungat, si quid forte alterutri imperfectum videatur; atque ita plenam atque integram totius controversiæ instructionem relatio contineat, ne tantillum ambigere quid sit a se rescribendum idem princeps possit, prout præscribatur L. *Ne causas* 15, L. *Jubemus* 34, eod. hoc titulo. L. ult. ff. *Quando appellandum sit*; L. *Inter pœnas* 6, ff. *De interdictis et relegatis*; L. 2, eod. *De officio vicarii*, et totum titulum *De relationibus*.

» Species itaque hujus decretalis hæc est. Cum transmissa fuisset ad Gregorium relatio de causa contra quosdam hospitalarios, nullatenus facta copia de inquisitionis processu, declarat non recte iudicem processisse cum, secundum allatas leges, quoties idem iudex dicit se velle referre negotium ad superiorem, statim teneatur dare litigantibus exemplum.

» Verum hodie relationes istæ fere exoleverunt et in locum illarum subintravit recursus ad jurisconsultos et academias, et donec ab his respondeatur, iudex non solet in causa procedere. Ita Vallen. et Remig. Maschat, *Instit. canon.* hoc eodem titulo, n. 29. (*Exposit. jur. pontif.*, part. I, sect. 303.) »

» Hucusque summa Benedictinæ constitutionis.

» In causa tamen correctionis regularis vel disciplinæ ecclesiasticæ procedendum est cum his distinctionibus, an prælatus in correctione procedat ut iudex judicialiter, vel ut pater paternæ. In primo casu a correctione per sententiam decreta appellari poterit, Trident. sess. XIII, cap. 1 *de Reform.* Fagnan. in cap. *Ad nostram*, *De appellat.* n. 6. In secundo casu interest an superior in correctione maneat intra limites a sacris canonibus, regula, vel constitutionibus, pro pœnis correctionis gratia præscriptis; an vero istas excedat. In primo casu non datur appellatio, cap. 3 et 26 *de Appell.*, quia ab hujusmodi correctione appellans redarguere iniquitatis censetur sacram regulam, vel sacros canones, non prælatus aut superiorem qui non procedit ut iudex, sed ut regulæ et canonum executor. In secundo casu, si excessus sit notabilis gravato conceditur appellatio, quia tum superior abutitur sua potestate, cap. 3, *de Appellat.* in 6. Debet tamen eo casu exprimi causa appellationis, scilicet quod superior corrigendo modum excesserit, ut iudici appellationis de justitia illius constet et appareat appellatum esse in casu permissio, ut optime advertit Pirhing, tit. *de Appellat.* n. 45. (Giraldus, *Exposit. jur. pontif.* part. I, sect. 292 et sect. 303.) »

ADNOTATIO XXII.

Lib. II, Tit. XXVIII, § XII, n. 324, pag. 337.

DE JUDICIS RECUSATIONE.

» Ex const. Benedicti XIV, *Romanæ curiæ*, 21 dec. 1744, qua confirmantur decreta, alias edita, 10 jan. 1742, de iudicum recusationibus pro ditione ecclesiastica, hi recusari non possunt tamquam suspecti: I. In causis executivis depositi et futurorum alimentorum. II. In causis designatis per decreta edita a Congregatione reformationis tribunalium Urbis, 17 april. 1731, videlicet pro schedulis vulgo *pagherò per altrettanti*, litteris cambii jam acceptatis, mercede, pensionibus domorum et solutione canonum; III. In causis non excedentibus valorem scutorum viginti quinque.

» In aliis vero quibuscumque causis, tam executivis quam ordinariis et in quacumque instantia (exceptis dumtaxat causis commissariis) unica permittitur recusatio iudicis absque allegatione causæ suspicionis intra tres dies numerandos a die reproductionis monitorii, vel citationis ad dicendum contra jura. In reliquis recusationibus servandum est jus commune, citationesque quoad ultiores recusationes impune sperni possunt, nisi in ipsis certa et justa causa exprimat. (Giraldus, *Exposit. jur. pontif.* part. I, sect. 303.) »

ADNOTATIO XXIV.

Lib. II, Tit. XXVIII, § XII, n. 331, pag. 358.

VARIA DOCUMENTA DE APPELLATIONIBUS.

» Circa appellationem in causis matrimonialibus, vide disposita a Benedicto XIV constit. *Dei misericordie*.

» Circa appellationem ab irrationabili iudicio ordinarii quoad præficiendos parochialibus ecclesiis, vide disposita ab eodem, constit. *Cum illud*. Et circa præsentatos eisdem ecclesiis a patronis, et appellationem interpositam ab uno ex dictis præsentatis qui, se digniorem existimavit et posthabitus fuit, vide responsa laudati Benedicti ad postulata archiepiscopi Florentini, contenta in ejus epistola *Redditæ nobis*.

» Circa appellationem pro nullitate professionis regularis, vide const. ejusd. Pontificis, *Si data*.

» Circa appellationem a damno dato, vide const. ejusdem. seu *motu proprio, Inveterata*. (Giraldus, *Exposit. jur. pontif.*, part. I, sect. 308). »

Legant canonistæ, circa appellationes in causis matrimonialibus, *Instructionem de causis matrimonialibus ad usum iudicum ecclesiasticorum imperii Austriaci*, ad calcem. *Act. et decret. Concilii provinc. Viennensis*, anno 1858 celebrati, Vindobonæ, officina Cæs. reg. typographia aulae et status 1859, n. 49.

« Nota, inquit Giraldus, cum Romanus Pontifex nulli in terris iudici subjectus sit, penitus interdictam esse appellationem ab ejus sententiis et decretis ad futurum generale concilium, tum a SS. Canonibus *Nemo 15, Aliorum 14, Facta 15, Ipsi sunt 16*, caus. IX, quæst. 3; tum a Pio II const. *Execrabilis*, 18 januar. 1459 et Julio II const. *Suscepti* 1 jul. 1509, qua confirmatur dicta const. *Execrabilis*, supplendo omnem defectum solemnitatis, etiam publicationis forte omisæ, declarando insuper § VI appellantes, non totum ipso facto incurtere pœnas in ea inflictas, excommunicationis scilicet Papæ reservatæ, si sint singulares personæ, interdicti vero, si universitates, sed etiam habendos esse pro veris et indubitatis schismaticis et de catholica fide male sentientibus, quas pœnas extendit etiam ad eos qui decreverint, consulerint, declaraverint, aut aliorum dicta approbaverint, aut vocem dederint ut ad futurum Concilium universale a Papa appellare liceat, possit, et debeat.

» Sub eadem pœna excommunicationis et respective interdicti dicta appellatio reprobata est a bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi solita.

» Quin obstet quod Conciliis Basileensi sess. XXXIII, et Constantiensi sess. XXIV, declaratum fuerit de fide concilium esse supra Papam, ac per consequens ab eo appellari posse ad futurum generale concilium, quia respondetur, ita The-saurus, *de Pœnis ecclesiast.*, cap. 1, verbo *Appellatio*, « illud concilium (Basileense nempe) fuisse illegitime inchoatum et terminatum, et quædam tan-

tum illius acta fuerunt confirmata a Nicolao V, » alia autem, ut hæc de quibus agimus, reprobata » ab Eugenio IV, Conc. Basil. sess. XXXVIII, » Præterea non est verum quod in dicto concilio » id fuerit definitum sed solum declaratum pro » schismatis tempore, dum ignoratur quis verus » sit Papa; nam ad Concilium aniversale id per- » tinet declarare. Ita Marius alter, part. V, lib. V, » cap. 1, disp. 3; Bellarm., lib. XX, *de Conciliorum » auctoritate*, cap. XIX in fine; Marta, *de Jurisd.*, » part. III, cap. XVII, n. 7. »

» Hic accessit proscriptio sequentis propositionis, in ordine propositionum XXIX inter alias ab Alexandro VIII damnatas, die 7 decembris 1690: « Futilis et toties convulsa est assertio de Pontificis » Romani supra concilium œcumenicum auctori- » tate, atque in fidei quæstionibus decernendis in- » fallibilitate, » infligente excommunicationem ipso facto incurrendam, Papæ reservatam, in do-centes, defendentes, edentes dictam propositionem, aut de ea, etiam disputative publice aut privatim tractantes nisi forsitan impugnando; prohibente insuper in virtute sanctæ obedientiæ, et sub interminatione divini iudicii, illam a quoquam in praxim deduci. (*Exposit. jur. pontif.*, part. I, sect. 308). »

ADNOTATIO XXV.

Lib. II, Decretalium, Tit. XXIX De clericis peregrinantibus, n. 5, pag. 359.

DE HIS QUI ROMAM ITER FACIUNT.

« Quamvis rubrica hujus tituli, *De clericis peregrinantibus*, concepta sit dumtaxat de clericis, in allata tamen decretali *Conquerente* æque laicis ac peregrinantibus ad limina Apostolorum, vel ex alia causa ad Sedem Apostolicam, idem conceditur favor. In ea igitur statuit Pontifex ut peregrinantibus iterque ad dictam Sedem arripientibus litis causa, pro introducenda aut prosequenda appellatione, licet se suaque eidem Sedi non commendaverint, omnia integra tamen servanda sint et, si ablata fuerint, restituenda.

» Hæc Decretalis ampliata est a bulla in die Cœnæ Domini legi solitæ, addente excommunicationem, Papæ reservatam, in nocumentum afferentes Romipetis, aliisque ad curiam Romanam accedentibus, vel ibi commorantibus vel inde recedentibus, §§ IX et X...

» Notandum tamen est quod, ut peregrinatio ad Sedem Apostolicam vim habeat appellationis, tria simul concurrere debent.

» I. Ut iter assumatur intra decem dies a sententia lata vel gravamine illato, et iter hoc iudici vel parti intimetur, licet apostoli non petantur. Nam talis ipso facto appellat, iterque est ei loco apostolorum, cap. *Dilecti filii*, 52, *De appellat.* Nominine *Apostolorum* veniunt litteræ dimissoriæ datæ appellanti a iudice, deferendæ ad iudicem appella-

tionis, in quibus testantur hanc esse interpositam.

II. Ut iter instituatur ante citationem, nam citatione præventus tenetur comparere coram iudice a quo potest in causa procedi, cap. *Meminimus 9*, dicto titulo.

» III. Ut iter fiat ante notitiam rescripti apostolici ab adversario impetrati, nam post hujus notitiam, dolo et malitia se itineri committeret, cap. *Suggestum 15*, eod. titulo. (Giraldus, *Exposit. jur. pontif.* part. I, sect. 309.) »

ADNOTATIO XXVI.

Lib. II, Decretalium, Tit. XXX, De confirmatione utili vel inutili, n. 17, pag. 362.

DE CONFIRMATIONE DECRETORUM A CONCILIIS PROVINCIALIBUS LATORUM.

In *Analect. jur. Pontificii*, Romæ 1855, fascic. VII, col. 1270, reperiuntur opportune lucubrationes circa revisionem, correctionem, et approbationem ab Apostolica Sede decretorum conciliorum provincialium. Quæ lucubrationes cum principiis auctoris nostri apprimè coherent: inter illas quasdam seligemus.

Decreta concilii cujuscumque provincialis possunt confirmari sive in forma communi sive in forma specifica. Omnis confirmatio statutorum vel privilegiorum, a Sancta Sede concessa in forma communi, semper est conditionalis. « Confirmatio quæ conceditur in forma communi, inquit Fagnanus, cap. *Si quis*, hoc titulo, n. 18, videlicet adjecta clausula, « si juste, canonice aut provide factum sit, » vel alia consimili, quæ hodie in confirmationibus statutorum et privilegiorum ex stylo consuevit exprimi per illam clausulam: « Dummodo sacris » tionibus apostolicis non adversentur; » et talis confirmatio seu innovatio nihil novi juris tribuit iuribus... unde per hujusmodi confirmationem non præcluditur via iudici ordinario cognoscendi de validitate juris confirmati... Et in hoc conveniunt omnes, et est ratio, juxta Glossam 2, quia Summus Pontifex censetur hoc facere sine alicujus præjudicio. » Cf. Adnotationem XIV, *De auctoritate conciliorum provincialium*, vol. I. hujusce operis, pag. 594; Pelletier, *Des chapitres cathédraux en France*, cap. LIII. Nota quod clausula: Dummodo SS. canonibus, etc.... Quando non exprimitur, semper subintelligitur. « Confirmatio, docet Fagnanus, loc. cit., facit de aliquo validius ut non possit revocari per statuentes, sed de nullo non facit aliquid, nisi Papa apponeret clausulam non obstantibus, etc..., aut ex certa scientia scriberet, vel in contradictorio examine decerneret... Et est ratio quia illud quod non est confirmabile de jure non præsumitur per incuriam confirmatum. »

Confirmatio autem in forma speciali, inquit auctor noster, « non est nuda et simplex confirmatio,

sed potius est nova concessio, atque in effectu dispensatio, ideoque vim habet actum cæteroquin nullum reddendi validum. » Attamen, per dictam confirmationem in forma speciali, nullum tertio infertur præjudicium. Hæc est doctrina Fagnani, cap. *Cæterum, de Rescriptis*, qui sic loquitur: « Amplia primo hanc conclusionem ut locum habeat, etiamsi Papa ex litteris habuerit certam notitiam præjudicii tertii... Amplia secundo in jure quomodolibet quæsito, etiam ex privilegio... Amplia tertio, etiamsi Papa secundam gratiam fecerit motu proprio et ex certa scientia, nam motus proprius non firmat privilegium contra jus alterius... Amplia quarto, etiamsi Papa processerit de plenitudine potestatis... Amplia quinto, etiamsi... fuerit generaliter derogatum constitutionibus apostolicis... etiam cum clausula *quorum tenores*: nam nihilominus Rota semper tenuit hujusmodi generales derogationes non sufficere. » Huc spectant regulæ Cancellariæ XVIII et LXXI, quas videre potes apud auctorem nostrum, lib. III, tit. V, *De præbendis et dignitatibus*, § XVI.

Igitur concludendum cum *Analect. jur. pontif.* loc. cit. quod, coram decretis Conciliorum quorumlibet provincialium, nedum a Sancta Sede confirmatis sed simpliciter a S. Congregatione *recognitis*, sacri canones, decreta Tridentina, et constitutiones apostolicæ, necnon jus tertio quæsitum, vim suam roburque proprium omnino conservant.

ADNOTATIO XXVII.

Lib. II, Tit. XXX, n. 50, pag. 364.

PROPOSITIONES CIRCA POTESTATEM ECCLESIE JUDICIAM A SS. D. N. PIO IX DAMNATÆ; ET DE NECESSITATE, INCUMBENDI ETIAM NOSTRA ÆTATE, LECTIONI LIBRI II DECRETALIAM.

Non erit supervacaneum hic meminisse quarundam propositionum, in ordine XIX, XXIV, XXV, XXVII, XXX et XXX, a Sanctissimo D. N. Pio PP. IX, die 8 decembris 1864, litteris encyclicis *Quanta cura*, et syllabo hisce litteris annexo damnatorum. Quæ propositiones jam a nobis sub Adnotatione XXI, vol. II, pag. 589, fuerunt recensitæ.

Quoad utilitatem addiscendi, etiam hodiernis temporibus, librum II Decretalium, toto corde adheremus his quæ ab editore *Jur. canon. univ. Analecti Reiffenstuel*, edit. compendiarie ad usum seminariorum, Parisiis, 185 Leroux et Jouby, sapienter observata fuerunt his verbis: « Hic observabimus plurimum errare eos qui putant hunc tractatum (correspondentem libris II et V Decretalium) minus esse utilem, eo quod nodie rariores sint processus ecclesiastici. Plurimæ enim in ipso traduntur regulæ sapientissimæ, tum ad rationem agendi prudenter dirigendam, ut sunt illæ quæ ad probationes et semiprobatones pertinent, et quæ *logica canonica* merito appellari possunt, tum ad

devitanda delicta eorumque pœnas. (Tom. III, sub init.)

» Insuper lector catholicus non sine animi voluptate hæc sequentia colliget, quæ nostra ætate D. G. d'Espinay, in jure civili gallico doctor, substitutus in tribunali Segré, scripsit dum libri, pluries citati et ab Academia Tolosana coronati, cui titulus: *De l'Influence du droit canonique sur la législation française*, Tolosæ, 1836, Bonnal et Gibrac, idæam principalem et conclusionem exponerat... : « Les » Papes devinrent, au moyen âge, les suprêmes » législateurs de toute l'Europe occidentale; ils » furent les auteurs d'une législation nouvelle qui » devait exercer sur la législation séculière une » influence considérable. Ils empruntèrent au droit » romain ce qu'il avait de plus parfait; ils conser- » vèrent les dispositions où la sagesse antique » brillait du plus pur éclat; ils modifièrent celles » qui rappelaient encore les traditions du paga- » nisme, et rendirent les lois civiles conformes aux » principes chrétiens. Sous leur direction, le droit » canonique fit entrer l'ordre moral dans l'ordre » légal.

» Devant cette législation chrétienne et savante » tout à la fois, appuyée sur l'Évangile et sur la ju- » risprudence antique, les usages que les barbares » avaient apportés des forêts de la Germanie dis- » parurent peu à peu durant la suite des siècles... » La transformation opérée dans la législation ro- » maine par le christianisme a été parfaitement » décrite par M. Troplong, dans son beau Mémoire » intitulé: *Influence du christianisme sur le droit » romain*.

» Sous l'influence du droit canonique, l'esclavage » personnel de l'antiquité disparut peu à peu; le » servage de la glèbe reçut par la suite du temps » de nombreux adoucissements, et cessa enfin » complètement.

» C'est aussi le droit canonique qui a transformé » l'institution de la famille, réhabilité la femme et » donné à l'union conjugale une force et une di- » gnité nouvelles, en proclamant à la fois son » unité, sa sainteté, son indissolubilité; en pros- » crivant l'inceste, le divorce, la répudiation, la » polygamie, le rapt et l'achat de la femme... La » rigueur primitive de la puissance maritale et » paternelle a été adoucie. Le pouvoir du chef de » la famille, dans la société moderne, n'est plus le » droit absolu que la loi romaine consacrait...

» Le droit canonique a exercé son influence sur » d'autres parties encore de la législation. Il a fait » connaître aux peuples occidentaux l'usage du » testament, inconnu aux Germains avant l'inva- » sion; il leur a appris à respecter la volonté » des mourants, à obéir à cette expression de la » pensée humaine, qui se manifeste après la mort, » et qui survit au testateur, comme l'âme survit » au corps.

» Il a dégagé de ses antiques liens l'expression » des volontés humaines; il a fait du consente-

» ment, manifesté d'une manière libre et intelli- » gente, la source de tous les contrats...

» Mettant au-dessus de tout le respect dû à l'é- » quité, la législation canonique a modifié sur plu- » sieurs points la faculté d'acquiescer par la prescrip- » tion. Elle a fait de la bonne foi du possesseur, » continuée pendant tout le temps de la possession, » une condition nécessaire pour prescrire... Par » l'effet de ses dispositions équitables, l'ancien » droit germanique, qui confondait la possession » et la propriété, et sanctionnait les guerres privées » et les contestations à main armée, a été aban- » donné.

» Les institutions judiciaires ont fait, pendant la » période féodale, de nombreux progrès qu'elles » doivent aussi à l'influence de l'Église. Celle-ci a » remplacé par l'examen rationnel des affaires la » procédure barbare qui abandonnait leur décision » au hasard du combat judiciaire ou du jugement » de Dieu. Elle a substitué la raison à la force; elle » a créé une procédure savante, propre à assurer » au civil la connaissance exacte des causes liti- » gieuses; au criminel, la recherche et la punition » des crimes.

» En un mot, les lois de l'Église ont régularisé » et perfectionné tout ce qui touche à l'administra- » tion de la justice; elles ont moralisé la vie juri- » dique, assuré le triomphe du droit et contribué » pour une large part à la formation et au déve- » loppement de la législation française... C'est elle » qui a fourni les matériaux avec lesquels a été » construit l'édifice de la civilisation européenne; » c'est elle qui a établi les fondements sur lesquels » repose la législation des peuples occidentaux; » c'est elle enfin qui a donné à la société moderne » un caractère propre qui la distingue profondé- » ment des sociétés antiques. »

ADNOTATIO XXVIII.

Lib. III. Decretalium. Tit. I. De vita et honestate clericorum. § I, n. 9, pag. 367.

INGREDI PRESBYTERIUM ET AD ALTARE PROPINQUARE LAICIS VETITUM.

« Hæc prohibitio, repetita in cap. 1, *Ut laici*, hoc titulo, renovata decreto Congregat. Rituum anno 1688, relata fuit a Benedicto XIII, tit. XXVIII, *De immunitate*, cap. IV, conc. Rom. anni 1725; nulla tamen erat adjecta pœna in contra facientes. Verum cum non satis observaretur, idem Benedictus, loco cit. sequentem infixit, ibi: « Verumtamen cum » adhuc laici quidam in vetita temere nitantur, et » ibidem aut stare, aut scamna habere, vel genu- » flexoria sibi arrogare præsumant; id iterum juxta » SS. canonum, ejusdemque apostolicæ Sedis men- » tem, sub ecclesiarum, regularium etiam et quo- » modocumque exemptarum, interdicti pœna, ipso » facto incurrenda et Romano Pontifici reservata, » inhibemus; mandantes ut si quæ sint pro laicis

» sacra intra loca prædicta sedes, scamna et genu- » flexoria, illinc auferantur et removeantur om- » nino. »

« Nota quod hæc pœna tantum incurritur si laici » intra dicta septa temere stare præsumant, ut clare » inhibitionis verba sonant, ut etiam notavit Navar- » rus in cap. *Accepta, De restit. spoliat.* opposit. VIII, » n. 33, ibi: « Qui bona fide ignoranter aut impru- » denter eorum intrant, neque enim tales proprie » dicuntur præsumere... Quare, licet sacerdotes, » dum missam celebrant, diligenter curare debeant » ne laici intra presbyterium maneant, non ideo » tamen ita mente turbari debent ut sacrum se fa- » cere in Ecclesia interdicta existiment, si casu » laicum aliquem bona fide, ignoranter, aut im- » prudenter ibi manentem videant, dummodo non » sint ecclesiarum rectores, neque eis constet quod » hoc ille sibi arrogare præsumat. Quam quidem » animadversionem certum est spectare ad dictos » rectores, cum ex officio id prohibere teneantur. » (Giraldus, *Exposit. jur. pontif.*, part. I, sect. 310.)

Sedulo advertendum quod dicta interdicti pœna, ipso facto incurrenda, tantum viget in locis ubi decreta concilii Romani, anni 1725, applicanda veniunt, scilicet in provincia romana et regionibus quarum Archiepiscopi, episcopi, et abbates nullius jurisdictionem quasi episcopalem habentes ad prædictum concilium fuerunt convocati.

ADNOTATIO XXIX.

Lib. III. Tit. I, § II, n. 45, pag. 375.

DE IIS, QUI AD MONASTERIA MONIALIUM ACCEDUNT, COLLOQUII CAUSA.

« Parentibus, fratribus et sororibus monialium licet eorum filias et respective sorores moniales alloqui sine licentia episcopi, diebus tamen non prohibitis, id est, Adventus et Quadragesimæ, ex decretis congregationis concilii et congreg. episcoporum et regularium, relatis a Lucio Ferraris, *Prompta bibliotheca, vº Moniales*, art. IX, n. 8 et seqq.; sicut et eorum consanguineis in primo et secundo gradu, excepto casu in quo ex constitutionibus monasterii, vel speciali decreto episcopi, interdictus esset accessus sine licentia ejusdem episcopi, ut ex aliis decretis relatis a dicto Ferraris loco citato n. 11.

» Eadem prohibitio frequentis accessus ad monasteria monialium, nedum afficit subditos episcoporum, in quorum diocesis sita dicta monasteria, sed etiam episcopos alienæ diocesis, vice-legatos, et actuales locorum gubernatores, ut declaravit Benedictus XIV, in epistola decretali *Gravissimo*, 31 oct. 1749, ad omnes archiepiscopos, episcopos, aliosque ordinarios ditionis ecclesiasticæ. Quia vero hi ordinariæ episcoporum jurisdictioni non subsunt, ac proinde immunes sunt vi coactiva ab illorum pœnis, videlicet contra transgressores statutis, ut cap. *A nobis 2, De sentent. excomm.* ideoque præ-

cipit Benedictus quod si aliquando contigerit « ut » eorum aliqui... ad monasteria monialium se » conferant, et cum iis episcopi injussu agant, in- » fringentes synodorum sanctiones atque episco- » rum edicta... hi... Romanum Pontificem, aut » Congregationem episcoporum et regularium cer- » tiorem faciant, ad contemptam episcopalem auc- » toritatem vindicandam. »

» Idem accessus et allocutio, etiam sine frequen- » tia, specialiter interdicta est regularibus, tum a Sixto et Paulo V, ac Urbano VIII, tum a posterioribus Pontificibus, et potissimum a Clemente IX sub pœna excommunicationis, aliisque ab episcopo intelligendis, ut ex sequenti decreto Congr. concilii, sub die 14 maii 1669, ab eodem approbato, ibi: « Regulares quicumque absque legitima facultate » accedentes ad colloquendum, etiam per modicum » temporis spatium, cum monialibus aut aliis intra » clausuram degentibus, peccare mortaliter, eosque » sub excommunicationis, privationis vocis activæ » et passivæ, aliisque contra regulares, accedentes » sine licentia ad monasteria monialium, statutis » pœnis, posse ab ordinario, tanquam Sedis apostoli- » cæ delegato, coerceri. » A qua excommunicatio- » ne nequeunt absolvi a suis superioribus, etiamsi agatur de accessu, et colloquio cum monialibus proprii ordinis; sicuti nec ipsæ moniales, si episcopus in prohibitione sub eadem excommunicatio- » nis pœna de eis expressam fecerit mentionem, ut ex altero ejusdem Congregat. decreto in *Viterbien.*, 26 junii 1627, lib. XXI *Decretor.* pag. 176. Die vero 26 nov. 1672 eadem Congregatio declaravit non eximi a gravi culpa ad ipsas moniales accedentes sine episcopi licentia, ob quamcumque causam, licet honestam et rationabilem. Insuper, die 21 maii 1678, declaravit affici iisdem pœnis, si item sine speciali episcopi licentia cum ipsis loquantur, post concionem ad illas habitam...

» Nota I. Sub nomine regularium venire etiam equites S. Joannis Hierosolymitani, utpote veros religiosos, posseque episcopum contra ipsos cum monialibus colloquentes procedere vigore decreti generalis Congregationis episcoporum et regularium editi 12 kal. decembris 1623 jussu Urbani VIII, ut pluries declaravit eadem S. Congregatio ejus decreta, una cum mox citati Urbani, refert Lucius Ferraris, *Prompta Bibliotheca vº Moniales*, art. IX, nu. 27 et 28.

» Nota II. Sub nomine monialis venire etiam abbatissam in hac materia locutionis, ut de abbatissis Urbis Romæ declaravit Alexander VII, const. *Sacrosancti*, et generatim pro quibuscumque aliis abbatissis Congregatio Concilii, 14 nov. 1654, ut in libro XIX *Decretor.* ejusdem Congregationis pag. 423. (Giraldus, *Exposit. jur. pontif.* part. I, sect. 317.) »

« Quod spectat ad locutionem cum monialibus interdictam regularibus sine legitima licentia, notandum quod hæc, si attendatur decretum Sixti V, dari dumtaxat poterat a S. Congregatione; si vero